



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

Liber V. Decretalium Gregorii IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)



Liber V. Decretalium
GREGORII IX.

Quoniam. De quibus in Libro Vto. Decretalium tractetur? Resp. Adornatur in præfenti Libro Processus Criminalis, ut ne, dum in prioribus Libris de causis Ecclesiasticis & ad forum Ecclesiasticum spectantibus civiliter intentandis actum est, crimina, si quæ in foro Canonico occurrerent, forent impunita. Hinc in primo statim Titulo traditur modus, quo crimina in iudicem deducenda, scil. per accusationem, vel per inquisitionem, vel per denuntiationem: dein agitur de criminibus, quæ cultui divino & Religioni adversantur: ab his descenditur ad illa, quæ proximi vitam, famam, fortunas lædunt: tum examinantur delicta reliqua: demum pœnæ tam vindictivæ, quàm medicinales in delicta statuuntur.

Liber V.

TL.